

## δακτυλικὸν φαλαίκειον / dactylicum phalaecium (falleucium)

— — — ◡ — ◡ — ◡ — — ||

1. MALL. THEOD. GL VI 590. 21 sqq. metrum dactylicum phalaecium hendecasyllabum constat ex spondio et dactylo et tribus trochaeis. huius exemplum: fulgens divitiis et ore clarus.

IVL. TOL. 229. 173 sqq. quid sequitur (*scil.* aeolicum)? dactylicum phalaecium hendecasyllabum. quales pedes recipit? spondeum, dactylum et tres trochaeos. da eius exemplum:

fulgens divitiis et ore clarus.

BEDA 131. 1 sqq. de metro falleucio. verum quia de metro heroico quae videbantur tractavimus (p. 108. 1 sqq.), libet et aliorum genera metrorum, ea dumtaxat quae magis usui habere reperimus, parumper commemorare. est igitur metrum dactylicum falleucium pentametrum, quod constat ex spondeo et dactylo et tribus trochaeis. huius exemplum: (Cypr. Gall. *exod.* 507 sqq.)

cantemus Domino Deoque nostro,  
cui gloria cum honore pollens.  
sese magnificis decorat actis,  
dum currus celeres Aegyptiorum  
iunctis equitibus gravique turba  
rubri marmoris enecat fluentis.  
adiutor validus meae salutis  
plebem de medio tulit profundo.  
custos et genitor salusque vera!  
hic est, hic dominus meus et altor.  
ipsum conspicua sacrabo laude,  
qui est progenitor mei parentis.  
ipsum vocibus arduis fatebor,  
qui bellum tulit obruitque fortes,  
dignus nomine quo Deus vocatur.

× — ◡ — — ◡ — ◡ — ◡ — — ||

2. SCHOL. in Aesch. *sept.* 941-946d (II 2, p. 387. 21 sqq. Smith) ἡμέτερα + τὸ α' ἀντισπαστικὸν τρίμετρον καταληκτικὸν ἐκ διαμβου, διτροχαιῶν καὶ κρητικῶν διὰ τὴν ἀδιάφορον, ἣ δακτυλικὸν ὃ καλεῖται φαλαίκειον.

— ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — — ||

3. PLANVD. in Boeth. *cons.* 118 (p. 109 Papathomopoulos) τὸ πεντεκαίδεκατον εἶδος (*scil.* τῶν ἑμμέτρων τοῦ Βοηθοῦ) συνίσταται τρισὶ δακτύλοις καὶ ἰάμβῳ, καὶ καλεῖται φαλαίκειον· ἐχρήσατο δὲ τοῦτω ἅπαξ ἐνταῦθα.

— — — ◡ — | — ◡ — — — ||

4. IVL. TOL. 229. 173 sqq. quid sequitur (*scil.* aeolicum)? dactylicum phalaecium hendecasyllabum. quales pedes recipit? spondeum, dactylum et tres trochaeos. da eius exemplum:



δακτυλικὸν φαλαίκειον / dactylicum phalaecium (falleucium)

fulgens divitiis, et ore clarus.

fit alio modo? per spondeum, dactylum, catalecton et dactylum, ita ut in fine trochaeum aut spondeum habeat. da eius exemplum: (*Anal. hymn.* XXVII, p. 279, 204. 1 = 127. 1 Walpole)

squalent arva soli pulvere multo.

phaleucia metra quis invenit? phaleucius quidem ea scripsit.

[S.D.B.]